

ullatenus attentari Et si forte quod absit ego vel heredes mei contra dictam libertatem et franchisiam aliquo tempore veneremus seu aliquid in contrarium faceremus me et heredes et successores meos et totam terram meam et terram ipsorum hæredum et successorum meorum suppono expresse jurisdictioni et potestati officialis curiæ lugduni ordinarii mei ita quod si infra mensem post requisitionem passi injuriam seu violentiam vel ejus mandati non satisfaceremus.

Ego vel heredes mei eidem passo injuriam seu violentiam vel iis in quibus ego vel heredes seu successores mei universales et singulares contra veniremus dictus officialis lugduni qui pro tempore esset extime ad requisitionem illius passi injuriam seu violentiam seu ad requisitionem dictorum hominum meorum vel procuratorum seu procuratoris ipsorum me et heredes ac successores meos unica tamen monitione premissa ex parte dicti officialis contra me vel dictos heredes et successores meos super emendatione seu satisfactione facienda de his in quibus ego vel dicti heredes aut successores mei contra veneremus posset excommunicare et totam terram meam et dictorum heredum ac successorum meorum sub districto ponere interdicto et ipsas sentencias observare et facere firmiter et publice observari usque ad satisfactionem condignam ejus in quo ego vel heres seu heredes mei prædictas offenderemus pactiones super quo promitto per stipulationem et per juramentum super sancta dei evangellia præstitum pro me et heredibus meis quos etiam in hoc onero credere juramento passi damnum seu aliquam læsionem dum tamen habeat duos sequaces qui cum juramento asserant se credere idem esse verum illa constitutione sacro approbante concilio nonobstante dicti vero homines pro dicta libertate et franchisia dederunt mihi et solverunt trecentas libras viennenses in denariis numeratis de quibus me teneo propagato renuncians in hoc facto ex certa sciencia et sub præstito juramento actioni et exceptioni non numeratae et non habitæ pecune dolii et in factum et omni alii exceptioni ac omni læsioni deceptioni gravamini defensioni et omnibus indulgentiis gratis et privilegiis impetratis et impetrandis et omni auxilio et beneficio juris canonici et civilis scripto et non scripto seu consuetudinario promulgato et promulgando quæ vel quod mihi vel heredibus meis ad venendum contra dictam libertatem vel aliquid de prædictis posset competere modo aliquo vel prodesse et juridicenti generalem renunciationem nonobesse confitens quod dicti homines contractum istum ex parte sua vestierunt plene et nec super his possit aliqua dubietas in posterum suboriri presentibus literis sigillum meum appono in robur et testimonium perpetuae veritatis rogo in super verum venerabilem magistrum Girardum